


TRACTATUS POLITICO HISTORICUS,

Moribus, Ritibus ac Ceremoniis in aulis Regum & Principum Legationibus Congressibus & conventibus Magnatum,

Usitatis

Omnibus aulicis Legatis ac peregrinantibus utilissimus,

Ex MSS. incerti auctoris Collectus





per

CURIOSUM ALETOPHILU[M]


COSMOPOLI.

ANNO M. DC. LXXXVII.






HISTORIA MORIS CIVILIS SEU AULICI.



PROEMIUM.

§. 1.



T apud Antiqvos viguisse civilitatis studium, maximo argumento est l. 3. c. 12. Curtii, ubi ille orientis Triumphator egregium humanitatis specimen edidit, qvo illustrius Antiqvitas non vidit, nec insignius posteritas in qvopiam Regum mirari posset. — Civilitas Antiqvorum.

§. 2.

Romani cum perspectum habeant, qvantum hodie situm sit in ceremoniis, ei rei sedulò incumbunt, hinc in missis solennioribus — Ceremon. Magistri Romæ.

A semper

ſemper præſto ſunt Ceremoniarum Magiſtri, adolentes thura, cantantes Evangelia.

§. 3.

Ceremoniarum Magiſtri.

Sic etiam in Gallia dantur Ceremoniarum Magiſtri, qvæ ingens ſane dignitas, is enim præſtolatus LegatosLuparæ fores, deducit in aulam, monetqve qvando corpus inflectendum ſit, qvousqve in conſpectum Regis prodeundum,, qvinimò in Actibus ſolennioribus & ipſum Regem, Principesq; informat. Sic nuper in exeqviis Reginæ matri perſolutis, illis præmonſtrabat, qvomodo corpus verſus altare inclinandum eſſet., qvomodo verſus cadaver, qvomodo verſus curiam Parlamenti, qvomodo verſus exterorum Legatos, qvomodo verſus Populum.

§. 4.

Congregatio Romana ob ceremonias.

Romæ totum eſt Collegium, congregationem vocant, cujus Præſes unus è Purpurato Cardinali-

nalium Collegio, qvæ congregatio solum in circumspiciendis ceremoniis laborat. Cum Christianissimus Rex, Pontificem Alexandrum VII. bello appetiturus esset, Pontificis partes impensius Christina Svecorum Regina tuebatur, qvare Rex Christianissimus acerbioribus literis id exprobrabat, qvæ ita affecerunt Reginam, ut mœrore contabitura videretur. Itaqve ut placaret eam, qvantum in se erat, Pontifex invisere eam decreverat, qvem honorem nulli mortalium unqvam à Pontifice habitum asseverant. Itaq; ea de re actum per complures septimanas in hocce Collegio, decreta enim semper ad Reginam transmittebantur, qvæ rejecerat ea partim, partim approbaverat. Tandem postqvam in certa capita conventum est, res ita processit: ne sponte ad eam divertisse Pontifex videretur, dicitur ille se

conferre in Vaticanum, spectatum qvousqꝫ porticus, qvam extruebat, admirandum opus processisset, eumqve in reditu propter viæ commoditatem ad Reginæ ædes declinare. Sub ejus adventum prodibant palatio omnes satellites Reginæ, & locum dabant satellitibus Pontificiis. Ipsa Regina qvoqve intra fores Pontificem operiebatur, postqvam attigit palatium Pontifex, ascendit prior scalas, pone seqvente Regina. In prima Anticamera Reginæ nobiles subsistebant; in altera Nobiles Pontificis; in tertia Cardinalis nepos Chigius. Ibi per horam commoratus Pontifex, cumqve Regina collocutus fuit; deinde lecticam allatam conscendit; ulterius eum ibi comitari volebat Regina ad fores usqꝫ, sed renuebat Pontifex [ex compacte sc. nec enim illa longius processura erat] itaqve reducta fuit in suum con-

conclave à cardinale Chigio, isq́ post à primario Reginæ Ministro domum deductus est.

§. 5.

Primi civilitatis Magistri, & ejus qvidem qvæ privatos concernit, sunt Galli, præprimis Parisienses, ad hoc naturâ efficti, confirmatiq́ exercitio & rerum usu: fideliores autem Magistri fœminæ sunt, qvæ per integras horas ante speculum consistunt, qvod fidissimum suum consiliarium appellare consveverunt; ibiqve imaginantur sibi, se Concitari ad iram, aut afferri triste nuntium; & tunc etiam in tali casu decorum vultûs habitum affectant, & tali qvæstioni impendunt tres aut 4. horas. Solent interdum se ipsæ offerre peregrinis, dicentes: advenisse eos ut politiores evaderent, itaq́ se rogare ne in deteriorem partem rapiat, si liberius mores ipsius carpant, pollicentur studium suum &

Magistri moris civilis.

v. Tr. de lá civilité Francoise.

operam in emendandis hospitis moribus.

§. 6.

Magistri mores Aulici.

Altiores mores, qvi ad Principum fastigium collimant, à Romanis petendi sunt, ad qvos in omnibus exteris regnis provocatur, qvod inde fit, qvia Clerici Romani sunt superbo & fastuoso animo præditi, maximiq; ibi Principes conveniunt, & qvod rei cardo, semper ibi ad 50. Cardinales commorantur, qvi omnes dignitate Regia fulgent; qvorum conventibus summopere necessarium erat, ut certa præcepta civilitatis præscriberentur.

CAPUT I.

Vocabulum Höffligkeit derivatur.

Aulæ Principum unde dictæ.

§. 7.

A voce: Hof / qvod illa ex aulis petatur, aulæ autem Regiæ idcircò dicuntur, qvia necesse est, ut consistant in Aula famuli, curut

ſores, ſtipatores, ſatellites, qvi intrare conclavia prohibentur, uſurpatur autem vox aulæ de palatiis Regum & Principum.

§. 8.

Venetiis, qvi cum Senatore collocuturus eſt, dicitur iviſſe ad ſcalas, qvia Miniſtri Ducis Venetiarum pauci ſunt [modernus enim tres tantùm alit:] & idcirco in ſcalis conſiſtere poſſunt; tum qvod cum Senatoribus colloqvendum ſit, in ſcalis, ſi qvis verò publico nomine miſſus eſt, dicitur adire Rempubl. ſenatum autem Principem; qvæ poſterior formula minus freqventata eſt. Palatii Venetorum nomen.

§. 9.

De Pontificiis & Cardinalium Aulicis dicitur; eſt de familia Pontificis; Eſt domeſticus Pontificis; Si qvis vadit ad aliqvid impetrandum e. g. diſpenſationem, dicitur: vadit in Aulam, ſi qvis publico nomine miſſus fuerit, dicitur: confugit ad ſedem Pontificis Aulici &c. qvando dicantur.

Apostolicam, vel usitatius: confugit ad pedes sive ad Sanct. pedes suæ sanctitatis.

§. 10.

Palatii Turcici nomé. Si qvis ad Turcarum Imperatorem missus fuerit, dicitur: missus est ad portam, qvia famuli Civili Populi non intromittuntur in aulam.

§. 11.

An curru palatia intrare liceat. Curru intrare palatia paucis licet, pedibus plerisqꝫ, Romæ soli cardinales,& Regum Legati Pontificis Palatium curru ingrediuntur. Parisiis Luparum tantùm Principes Sangvinis & Legati exterorum,

CAPUT II.

§. 12.

Civilitatis definitio. Civilitas est prudentia benè & decenter se gerendi in vita civili, erga superiores, inferiores & æqvales, ut sit qvidam officiorum ordo, & in ordine ratio, in ratione decus.

§. 13.

§. 13.

Qvi civilitate hâc imbuendus est, debet esse nobili genere prognatus, non tamen reliqvi idcircò excluduntur, cum omnes exteri habeantur pro nobilibus: Et sine invidia respondere poterit interroganti, qvisnam sit peregrinus? Je Suis un Gentilhomme estranger. Nobiles enim in Gallia, Italia, & Hispania omnes reputantur, qvi non manibus victum qværunt. Reqviritur enim prætereà in civilitatis studioso bona indoles, & si non in summo, in mediocri saltem gradu posita. Auditor idoneus hujus damnatæ.

§. 14.

Civilissimi omnium hodiè duo reputantur, alter est Comes Magnus de la Garde, magnus Sueciæ Cancellarius, prioris Regis Sororius, qvod ita pupugit Gallos, ut multi Sueciam peterent, qvo eum confunderent, seqve illo probarent superiores, verum collati semper inferiores extiterunt. Alter Civilissimi hac ætate.

ter est Dux ſ. Aniani [ſeu Aignam] vir in caſtris educatus, ob civilitatem Regi Chriſtianiſſimo acceptiſſimus, qvi omnes Regis feſtivitates adornat, ac etſi ſexagenario major, omnes Juvenes longè ſupergreditur.

§. 15.

Affectatio an conveniat? qvando varietas morum expiſcanda.

Affectatio in omnibus moribus vitanda eſt, qvam ſi ſentiunt, omnis gratia, omnis decor perit. Si qvis in locum peregrinum devenerit, conſultum eſt, adeat virum civilem, atqve ex eo, loci mores cognoſcat, non enim ubiqve pulchra putantur, qvæ pulchra nobis videntur.

§. 16.

Civilitatis diviſio & ſubdiviſio.

Dividimus civilitatem in eam, qvæ de rebus ſacris eſt, & eam, qvæ de rebus profanis. Eam qvæ de rebus Sacris eſt, diſpeſcimus in cultum internum & externum. Internus ad nos non pertinet, externus verò Deo vel locis Sacris exhibetur,

CA-

CAPUT III.

§. 17.

Primùm pietas inculcetur, qvæ nisi vera sit in Aulico, fucata saltem sit oportet. Hinc Cardinales etsi maximam partem ἄθεοι, non tamen tales videri volunt; hinc omnes Cardinales qvotidiè audiunt missam, & dicunt, id qvod etiam Pontifex factitat. Qvinimo Pontifex & Cardd. qvotannis qvater, singulis suis etiam infimæ sortis domesticis, suis manibus sacram cœnam porrigunt.

Pietas colenda.

§. 18.

In jure Canonico prohibitum est, in templis choreas agere, cantilenas profanas canere, accubitus celebrare, reponere utensilia [nisi imminente maximo periculo: e. g. incendio, inundatione] vicini ædes habere fenestram in templum, celebrare ibi theatrales ludos, deambulare animi causa, addunt Judæi, nec compendii causa; qvare, ut eò magis templo-

In templis facere prohibita.

plorum sanctitati consulatur, cœmiteria adjecta sunt. Apud nos sanè multis in locis minus coluntur templa, qvam par erat. Sic Rostochii pone præcipuum altare in templo majori omnes sunt profani studiosorum conventus. Non imitandi sunt nobis Calviniani, qvi alvum in templo exonerare non verentur; In Concilio Carthaginensi IV. excommunicantur, qvi die solenni prætermisso templo, ad spectacula currunt.

§. 19.

In templis apud Lutheran. observanda.

Anteqvam intratur templum, danda est Eleemosyna; dum intramus, caput maturè aperiendum, qvod Calviniani nunqvam faciunt. Occupandus est debitus locus, sine certamine; Est autem apud nos in Ecclesiis honoratior locus, vel respectu concionantis, vel altaris, vel respectu manus dextræ; peregrinis autem prior locus assignandus est. Non clarè orandum est, non alta suspi-

ria

ria ducenda. Alexander VII. Pontifex ex Germanorum moribus hoc unum laudabat, qvod homines in templis modeſti eſſent. Non egrediendum templo, anteqvam ſacra finita ſunt; præprimis cum ſacra cœna adminiſtratur; à ſpectatoribus non tegendum caput, aut de frivolis rebus loqvendum.

§. 20.

S. Cœna qvibus moribus accipienda.

In nulla re apud Lutheranos æqve ac in S. Cœna ceremoniæ variant. Alibi plane non recitantur confeſſiones; confluunt in Eccleſiam pridie diei Dominicæ, qvi ſacram ſynaxin ſumpturi ſunt, recitatur confeſſio à ſacerdote, annuunt illi voce, ita hanc ſuam eſſe confesſionem, & ſacerdoti porrigunt manus, ut Argentorati fit. Alibi ſedentes confitemur, ut in Suecia; alibi ingenibus, ut in Dania, alibi imponuntur manus, ùt in Hungaria, alibi ſinguli abſolvuntur ùt in Suecia. Rom, Catholici tenentur

qvo-

qvotannis IVter ſub peccato mortali communicare. In Feſto Nativitatis Domini, in Feſto Paſchatis, in Feſto Annuntiationis & in Feſto Aſſumtionis Mariæ. Cyrillus vetuit, manibus expanſis, ac erecto corpore accedere viros ad altare; ſed juſſit ſupponere lævam dextræ, in ejusqve incurvatæ vola aſſumendum corpus Domini, id qvod hodiernum in Eccleſia Græca facere conſveverunt. Mundities adhibenda eſt, qvia eam ſectamur ituri in conſpectum Regum; multò magis eam ſectemur, ituri in conſpectum Regis Regum. Jejuno ſtomacho accedendum eſt, Pontificiis non conceſſum eſt, per integrum diem ab hora matutina 12. uſqve ad 12. meridionalem qvidqvam guſtare cibi. Si qvis non novit, an audita fuerit hora, nec ne, comedere & bibere poteſt, aut etiam intermittere ſine peccato;

eodem

eodem modo se res habet, si diversa sunt horologia, & unum ediderit horam,& alterum non ediderit. Si qvis poculum admotum ori habeat, cum auditur hora 12. & si adhuc bibit, cum primum campana sonum edidit, communicare non potest. Si qvid hæserit dentibus, similiter non licet; excipitur musca, vel aqva, qva os eluitur, vel charta &c. In accedendo ad Altare, nulla cura loci esse debet, nec nimium legendum est, sed attendendum cum consecratur S. Synaxis; nulli exhiberi honor debet, nec dum accedimus altare, nec dum recedimus. Pontificii sacrificuli, ut omnes cogitationes mundanas expellant, missas clausis oculis celebrare solent, id qvod semper observabat Alexand. VII. Pontifex. Dum accedimus, flectendum est corpus, non eo modo, qvô alias utimur, sed erecto cor-

corpore, retrorsum ponendus est sinister pes, & inflectendus, qvæ reverentia ut vocant, nulli mortalium præter Imperatorem & Regem Hispaniæ exhibetur. Dein procumbendum in scabellum, convenienter os aperiendum, ne Sacræ hostiæ in terram procidant, non statimdetergendum os. Apud Pontificios, vinum in calice [calicem ablutionis vocant] propinatur communicantibus, ut si qvid forte de hostiâ in dentibus hæserit, penitus deglutiant; alius cum mantili adstat, in qvo os detergitur, qvod deinde lavatur, eaqve aqva in sentinam, qvæ in templo est, effunditur.

CAPUT IV.

Templa Catholicorum, qvando ingredienda?

§. 21.

Templa Catholicorum qvando ingredienda.

Summopere necessum est, nosse qvando qvasi se in templis catholico-

licorum gerere debeat; ea autem res præcipuè circa audiendam miſſam occupatur. Itaqve ingreſſus templum ad oſtium inflectit corpus verſus altare primarium; in Galliis uſitatum eſt, ut deducantur ad templum, virgines (illuſtriores ab uno è ſuis nobilibus deducuntur) accedit qvis ad eas, & tali utitur formula; Mademoiſelle ſie vergönne einmahl ihrem Knecht ſein Ambt zu verrichten / und dero auffzuwartten ſie in die Kirche zu begleiten. Annuunt ſtatim, itaqve præbetur manus, & ita inducuntur templo; poſtqvàm qvis ingreſſus eſt templum, capienda eſt aqva luſtralis, cujus fons eſt à dextris à ſiniſtris baptiſterium; ſi qvis virginem concomitetur, neceſſe eſt, tingat ſuas manus luſtrali aqva, offeratqve eam virgini, qvæ inde ſe tingit. Deinde confert qvis ſe ad altare, in qvo S. cœna aſſervatur, id qvod ardens lampas indicat.

§. 22.

§. 22.

Templorum apud Pontificios cultus.

Apud Pontificios magnus Ecclesiis honor tribuitur. Si qvis hæreticus aut infans editus vivus ex utero materno ac defunctus ante Baptiſmum, in aliqua Eccleſia ſepultus fuerit, illa profanatur; idem obtinet, ſi ſanguis in templo effuſus ſit; excipitur ſi qvis alapa aliquem ita percuſſerit, ut ſtillare nares ſanguine incipiant, quod etſi magnum nefas eſt, non tamen profanare templum credunt. In Eccleſia profanata non licet adminiſtrare Sacramenta, aſſervare hoſtias, ſepelire mortuos; itaqve clauduntur templi illius fores, nemoqve facilè intromittitur, nec prius templum recluditur qvam Deo illud per Epiſcopum reconcilietur, id qvod à presbytero ad hoc ſubordinato fieri proprie pleriqve Canoniſtæ negant.

§ 23.

§. 23.


Si qvis fœminam illustriorem templo inducat, id tectis chirothecis manibus faciat necesse est, id qvod etiam faciendum inter saltandum, qvi mos Viennæ etiam hodiè freqventissimus. Id eam ob causam fit, qvia calendo nimium aut rigendo aut sudando sæpius teneras & delicatulas virginum manus, manus virorum offendunt. Si ad altare, in qvo corpus asservatur, perventum, locus dignior tribuendus est fœminæ, qvi apud Pontificios est ad cornu Evangelii h. e. ad sinistram intrantis. Qvia autem procumbendum est in genua, videndum, ne terræ sqvalor vestes fœminæ inficiat, itaqve opus est pedisseqvo, qvi petat culcitram ab æditui. Qvia autem in majoribus civitatibus celebrantur Missæ ab hora 4. ad 12. & necesse est, ut qvis sibi proponat, qvam velit audi-

Qvomodo ulterius se in templo Pontificio gerendum.

audire miſſam, itaq; dum orant, mittitur in ſacellum pediſſeqvus, rogatum, an mox nova inchoanda ſit miſſa, & in qvo altari; id poſtqvam reſcitum eſt, eò deducendæ ſunt fœminæ. Illuſtribus fœminis præfert ephebus nobilis culcitram è rubro holoſerico, inſignitam aureis fimbriis, & marſupium, in qvo repoſiti ſunt libri; Summæ fœminæ aulæa ſuperaddere ſolent, qvæ in terra proſternunt. In Gallia, dum auditur miſſa, duo genua flectenda ſunt, ſi recitatur Evangelium S. Johannis; ſurgunt Galli, ſi ad verba deventum: Et verbum caro factum eſt: inclinant ſe, & reverentia [ut vocant] Deum venerantur. Finitâ Miſſâ dum exeunt templo, non amplius opus eſt aqva luſtrali. In Gallia in Miſſis ſolenniorbus, diſtribuitur panis benedictionis ab illuſtriſſimis, & formoſiſſimis virginum, id qvod in feſtis

ſtis celebrioribus nonnunqvam ipſa Regina exeqvitur. Petunt Eleemoſynam pueri, ſed in Italia nihil illis datur, in Gallia autem cum veſpera celebratur, offerunt ſe ſpecioſiſſimæ virginum, qvæ deductæ à duobus viris in argentea pelui colligunt per totum templum pecunias, concionantis præmium, & hoc etiam Regina nonnunqvam facit, cui minus qvam dimidium thalerum dare indecorum eſſe cenſetur. In concionibus nemo debet tegere caput, anteqvam id tegat concionator, & ſi primum nomen ſalvatoris profertur, aperitur caput, deinde non amplius ſed nutatur tantùm caput, niſi ſacerdos caput aperiat. Inter orandum non tegendus eſt vultus pileo. Romæ pœnitentiarii ſedent magnis inſtructi baculis, qvibus petentes leviter percutiunt. Huc qvoqve pertinet ſignum Campanæ, qvo

dato



dato testantur adesse diei finem; tunc orandum est; si qvis cum magnate accumbat, ac intet cœnandum audiatur illud signum, aperietur caput, oratur & surgitur adverso vultu ad dignissimum, qvi mensæ accumbit; Ei reverentia exhibetur, deinde rursus accumbunt; famuli stipantes ab utroq; latere mensam accedunt, ad fenestram, procumbentesq; in genua si,militer orant. Cardinali dum datur hoc signum, demit mitram de capite Pincerna, ac finitis precibus rursus imponit.

§. 24.

qvomodo se gerendum sit prælata hostiâ.

Non consecrantur hostiæ, nisi qvando missa celebratur; Si qvis ægrotus accersit ad se sacerdotem, qvi S. synaxi muniat, non in domo ægroti consecratur hostia, d. tantùm in Ecclesiis & consecratæ deferuntur per plateas; gestat Presbyter in calice hostias sub umbo-

umbone portato ab Antiſtibus Eccleſiæ, comitantur eum omnes honeſtiores vicini primum, poſt obvii in via præcedit æditūus & datur ſignum, ac procidunt in genua homines qvi in platea verſantur. Itaque nos Evangelici excedimus tunc temporis platea, vel in ædes divertendi occaſionem quærentes. In Hiſpania ſi Rex hoſtiæ fiat obvius, ſolet deſilire curru, & comitare ſacrificulum uſq; ad ædium fores, intrare etiam, nonnunqvam adſtare communicationi, ac tandem cum ſacrificulo regredi; præcedunt ibi tubicines qvi portant faces ardentes. Gallus aliqvando & Hiſpanus qvidam Pariſiis diſceptabant de pietate ſuæ Gentis, objiciebatq; inter alia Hiſpanus, non tantum venerationem hoſtiæ à Gallis exhiberi, reſpondit feſtivè Gallus, in Gallia Deum habitare inter ſuos filios familias, itaqve

non

non quærere pompam externam. In Hiſpania ſemper inter Judæos verſari ac vereri ne denuò crucifigatur. Judæorum enim nomine Hiſpanos ſæpius infeſtant, quorum ibi maxima copia, ita ut Philippus III. 600000. familias eorum Hiſpania ejecerit quot ſcilicet exierunt capita ex Ægypto; Attamen multi adhuc ſuper ſunt, qui Chriſtianam fidem ſimulantes, Judæorum religionem amplectuntur.

CAPUT V.

§. 25.

Ceremoniæ adhiberi ſolitæ in Miſſa Pontificis.

Operæ pretium eſt, noſſe Aulicum, qvæ ceremoniæ uſurpantur, circà res ſacras à Magnatibus. Et qvidem apud nos fere eodem modo ſe Principes, qvo privati, gerunt. Apud Pontificios aliter res ſeſe habet. Primum de ſacello Pontificio dicendum, in qvo præter Pontificem ſoli Cardinales,

Regum

pompam externam.
femper inter Judæos
reri ne denuò cruci-
dæorum enim nomi-
s fæpius infeftant,
maxima copia, ita ut
I. 600000. familias
nia ejecerit quot fci-
capita ex Ægypto;
ti adhuc fuper funt,
am fidem fimulan-
religionem ample-

PUT V.

§. 25.
um eft, noffe Au-
emoniæ ufurpan-
ras à Magnatibus.
nos fere eodem
pes, qvo privati,
Pontificios aliter
Primum de facel-
endum, in qvo
n foli Cardinales,
Regum





Regum internuntii. & Nepotes in conſiderationem veniunt. Sacellum in plures partes diſtinctum eſt; in ſuprema parte eſt altare; ad cornu Evangelii thronus Pontificis, ad ejus latera duo ſedent Cardinales, ad textram alter, alter ad ſiniſtram, Aſſiſtentes vocant, priusqvam eò deveniatur, inferius ſedent Archi-Epiſcopi & Patriarchæ. Apud Pontificem in ſcalis ſtat orator Imperatoris nudo capite, qvod nunqvam tegit, nec etiam unqvam conſidet; Poſt Regis Galliæ orator, &c. & reliqvi ſuo ordine. Poſt hos Venetus, tandem Nepotes Pontificis regnantis, in infimo gradu Conſſ. Rom. Infra thronum ab utroq; latere Cardinales ſedent, primarii ad ſiniſtram, inceduntq; eo ordine qvo Cardinales effecti ſunt: Ab horum terga ſedent Generales ordinum, excepto Generale Carthuſianorum, qvi ſemper in Carthuſia ma-

na Gratianopoli manet & Jeſuitarum, qvi non vult cedere. Inferiori loco conſiſtunt peregrini. Poſt hos cancelli ſunt, deinde ferrei clathri, ad qvos milites Pontificii conſiſtunt. Poſtqvam Cardinales introiërunt, ſalutatur primum Altare [non autem pedes inclinant aut retrahunt, ſed ſtantes æqvalibus pedibus, inclinant caput, qvantum poſſunt] deinde Cardinalis celebraturus miſſam, qvi ſedet ad cornu Epiſtolæ in Pontificalibus, deinde ſalutantur Cardinales reliqvi, primum præcipui, deinde accedit Cardinalis adveniens ſuum locum, & flexis genibus orat, mox ſurgit ac erectus conſiſtit. Dein venit Pontifex geſtans longiſſimam veſtem, anteriorem partem geſtat. Protonotarius Apoſtolicus vivale [ut vocant Meßgewandt] portant duo Cardinales ab utroq; latere, ſeqvuntur tamen ita ut qvoad humeros Papæ

præce-

præcedat, caudam portat digniſſimus ſecularium. Procedit Pontifex erecto corpore & benedicit ab utroqve latere adſtantibus, inclinant Cardinales caput & corpus, ita fere uſqve ad Altare procedit & ingreditur locum ſuum. (den Behtſtuhl) ubi eſt ſcabellum & pulpitum; tunc percumbit in genua, tiaramq; ipſe deponit de capite Cardinalis ad ſiniſtram, & dat tenendam Auditori Rotæ, parvam mitram cardinalis à dextra deponit, & ipſe tenet, qvas poſt iidem ei rurſus imponunt; Poſt conſcendit thronum ſuum, & præſtant obedientiam Cardinales, primus Cardinalis præcedit, ſeqventibus cæteris ordine, longum Syrma trahens, ſi ad gradus devenit, reverentiam Pontifici exhibet, poſt aſcendit per ſcalas, qvæ fortè decem ſunt, & per qvas reptare genibus alii tenentur; Si adhuc duobus paſſibus à Pontifice diſtant, rurſus

ſe inclinant, deinde exoſculantur manum viviale coopertam; deinde eodem modo retrocedunt, ac poſtquam deſcenderunt, ſalutant Cardinales aſſiſtentes, Prælatos & Nepotes; deinde ruríus in ſuum locum ſe confert, nulli autem citius conſidere licet, qvàm omnes obedientiam præſtarunt. Dein aliqvis argenteo thuribulo ſuffitu adolet Cardinales, inclinansq́ corpus demiſſe, immotis ſtantibus cardinalibus. Deinde qviſqve cardinalis à ſiniſtra veniam rogat, qvod prius ſuffitum accipiat. Cum cantatur Kyrie Eleyſon, aut gloria Deo, aut credo, ſurgentes in unum coëunt, item ſi dicitur Agnus Dei, & poſt cum rurſus in loca recedunt, Pontificem ſalutant, qvi gratias non agit. Cum dicitur: Et homo factus eſt, procidunt in genua. Dein datur oſculum pacis, bis inclinatur corpus, figiturqve oſculum

lum à Pontifice cardinali, Cardinalibus à ſemetipſis, à poſtremo Cardinale internunciis, ab Internuncio Veneto, Nepoti primo Pontificio. Finita Miſſa deducitur Pontifex in Anticameram nullo certo ordine, & poſtqvàm exuit veſtes, & in inferius conclave ſe recepit Pontifex, domum regrediuntur Cardinales.

§. 26.

Ceremoniæ adhiberi ſolitæ in Miſſis Cardinal.

Sunt in omnium Cardinalium ædibus ſacella, in qvibus qvotidiè celebrantur miſſæ, ſive ab ipſo Cardinale, ſi presbyter ſit, ſivè à Capellano, ſi non ſit. Qvandò celebranda eſt, datur ſignum campanâ [campanas autem habere in ædibus, Romæ nemini præterqvàm Cardinalibus licet] & comparent ſtatim omnes Cardinalis miniſtri, & dicentes, conferuntq; ſe in Antecameram, & expectant donec

egrediatur Cardinalis , egreſſo illo procedunt ordine certo ad ſacellum , præcedunt inferiores, ſeqvuntur ſuperiores , ultimusq; ipſe Cardinalis ingreditur. Ad fores in genua provolutus ſe Sacellanus ſiſtit , porrigitur aſpergillum argenteum imbutum aqva luſtrali , hoc primum ſe aſpergit Cardinalis, poſt ſacellanum , deinde progrediens ab utroq; latere ſtantes. Qvi digniſſimi ſunt clientum & miniſtrorum, intrant ſimul ſacellum, reliqvi in conclavi proximo ad fores in genua procidunt, ſupponuntq; pedibus chirotecas, obſervantqve ordinem , ita ut dignior propius ad fores procumbat. Cardinalis ingreſſus procumbit in ſcabellum ad altare, & ſi ipſe miſſam celebraturus eſt, afferunt ipſi Camerarius & Pincerna veſtes ſacras, qvas induunt clientes; Tunc opus eſt aſ-
ſiſtere

ſiſtere altari ſex candelabra, ſi prælatus celebret miſſam IV. ſi vulgaris, ſacrificulus, duo ſufficiunt; addita eſt candela minor è cera, argenteaqve arcula incluſa, qva unus lucem præbet, Cardinali aliqvid è miſſali legenti. Qvando fit elevatio, duo Camerarii miniſtrant faces, ingreſſi inclinant ſe verſus altare, & ſuperiorem facis partem demittunt; dein procumbunt in ambo genua & in his permanent, donec canon miſſæ fuerit abſolutus. Si Cardinalis celebrat miſſam, ipſi ſolum reliqviæ exoſculandæ præbentur. Si verò Capellanus celebrat, procumbit in ſua ſede (Beetſtuhl) Cardinalis, ubi ſunt duo ſcabella vel rubro vel violaceo panno pro ratione temporis obducta [ex holoſerico enim aureoq; inſignitis ſolus utitur Pontifex, &

Cardinales, qvando sunt legati à latere] Capellanus non in medio altari missam incipit, sed si cardinalis sedeat ad cornu Evangelii, inchoat ille missam ad cornu Epistolæ, si sedeat ad cornu Evangelii. Post porriguntur exosculandæ reliqviæ, qvas pacem vocant, qvas primò cardinalis exosculatur; Est autem Cistula qvadrata vitro objecta, sub qvo occultantur reliqviæ; adjunctum est multitium seu taphetum (Taffet) sive rubri seu violacei coloris, qvo abstergunt semper vitrum post osculum ipsi ab aliqvo datum, deinde præbentur reliqviæ exosculandæ cæteris dignioribus. Qvi faces gestant, in hoc casu reverentiam exhibet Cardinali, similem ei, de qva supra, & si abeunt, non tergum Cardinali obvertunt. Missale Capellanus non prius ex-

exosculatur, qvàm exosculatus fuerit Cardinalis.

§. 27.

Ceremoniæ in concionibus à Cardinali observari solitæ.

Cardinales si concionem audituri sunt, semper procumbunt in genua ad altare, & orant, semper enim ibi est sanctissimum, ut vocant, qvod inchoatâ concione tegitur. Dein conferunt se in Sacristiam & ibi manent, donec incipiat concio, & dein loca sua occupant. Cum alii procumbunt in genua, stante Ave Maria sacerdote, caput solum denudant, nec ipsi etiam suis Eleemosynas porrigunt. Si qvis Cardinalium in alterius Cardinalis Ecclesiam [de qva ille titulum gerit] veniat, festo scil. sancti nominali, Titularis Cardinalis semper obviam procedit adventanti usqve ad portam, salutat eum, deducit in locum convenientem, atqve exeuntem rursus

deducit. Sed si missam ipse celebret, & jam dum sit indutus vestibus sacris, obviam procedit magnus Camerarius, & dominum suum excusat.

CAPUT VI.

Ceremoniæ à Principibus Italiæ in Missa adhiberi solitæ.

§. 28.

Apud Duces absolutos Italiæ Capellanus major, qvi celebrat missam, non habet culcitram, si verò missa sit solennis, sedente Principe & ipse sedet, verum in sella fulcris destituta. Qvando reliqvæ exosculandæ sunt & Evangelium porriguntur, ea majori Sacellano à minori, major deinde porrigit Principi eiqve paribus; reliqvis autem porrigit Sacellanus minor.

§. 29.

Viennæ qvotidie hora missa celebratur, ibi ministri omnes & magnates conveniunt, infimi præcedunt, supremi seqvuntur. Festis diebus cum intrat Missam Imperator, ille & Aurei velleris eqvites, illud in collo gestant, si Imperator advenit, pulsat fores magnus Camerarius clavi, seqvitur deinde Gynæcæum, & deinde Imperatrix; Imperatoris oratorium est ad cornu Evangelii, Imperatricis autem ad cornu epistolæ. Postqvam intrarunt, præcedit excubitor Cæsareus (Hattschier) qvem seqvitur Diaconus, portans aspergillum argenteum, qvi inspergit Imperatorem & reliqvos adstantes, eodem modo res se habet in porrectione reliqviarum. Faces ministrant IV. Ephebi nobiles, eisdem ceremoniis qvibus Camerarii Cardinalis. Finita Missa semper habetur Concio.

II. Ceremoniæ ab Imperatore in Missa adhiberi solitæ.

§. 30.

Ceremoniæ à Rege Galliar. in missâ observari solitæ.

In Gallia qvando Rex missam audit, consistit in medio Ecclesiæ satellitibus cinctus; adsistunt etiam multi clerici, ac inter eos magnus Franciæ Eleemosynarius Cardinalis Antonius Barbarinus; cui Rex suum pileum inter orandum tenendum porrigit, qvi etiam uti Confessionarius soli omnium mortalium inter missam cum Rege colloqvi potuerit.

§. 31.

Ceremoniæ à Rege Hispan. in missâ solitæ adhiberi.

Rex Hispaniæ, dum audit missam, sedet in obscuro sub umbone, occultatusq; est, qvæ removentur semper intrante sacrificulo pacemqve & Evangelium exosculanda porrigente; paulo inferius grandes sedent, in scamno fulcris nudato. Ex adverso Regis sedent exterorum legati, & è regione grandium sacerdotes.

CA-

CAPUT VII.

§. 32.

Poſtqvam de Sacris egimus, de profanis diſpiciamus, & qvidem primum de moribus, qvi privatos concernunt. Primum de CAPITE, & præprimis vultu agendum eſt. Vultus non debet eſſe contemptor aliorum, neqve ſubtriſtis neqve nimium ſeverus, neqve inſtabilis nec ullus concitatior affectus debet vultu ſignificari, ſed debet eſſe ſerenus, tranqvillus, nec nimis ad lætitiam nec nimis ad triſtitiam compoſitus. Oculi non debent eſſe nimis torvi, nec nimis vagi & volubiles, hi enim laſciviam notant, nec limi, qvi ſuſpicionem præ ſe ferunt, ſed verecundi, placidi. In Hiſpania & Italia mulieres tectæ ſunt nigris peplis, ſolo dextro oculo prominente, itaqve ſi qvæ fœmi- Capitis partes qvomodo formandæ.

na aliqvem ſemicluſo oculo intuetur, id amoris ſignum eſt, & multis precibus perficiendum eſt, ut utrumq; oculum monſtrent. In Gallia ſi fœminæ vultus texerint larva [qvam Maſqve vocant] eam ſtatim tollunt, vultumq; monſtrant, ſi notus qvispiam præterierit. Conſtant verò illæ larvæ nigro holoſerico, intusq; ſunt nigra corallia, qvo in ore tenent, id etiam faciunt, ſi ab aliqvo ſalus annunciatur. Lutetiæ certo tempore curribus viri & fœminæ melioris conditionis vehuntur in lato campo arboribus obſito, ad ſeqvanam; in Italia tantum viri vehuntur. Vocant autem curſum, ibi ſi Rex vel Regina vel Delphinus, vel Dux Aurelianenſis in curſu, larvæ abjiciendæ ſunt. In Italia qvidem perſpicilla geſtant, qvi eruditiores videri volunt. Supercilia non debent eſſe nimis ex-

por-

porrecta, non hispida, sed placida. Nares adducere indecorum est, spirare alte naribus iracundi. Malas debent ornare verecundia & nativus color, non fucus. Hispaniæ mulieres fuco non tingunt malas, sed incrustant, ita ut abradi possit. Id etiam Regina facit, qvia Hispanis placere studet. Et sanè miserrima ejus est conditio; cum in Hispaniam venisset, non poterat vesci illorum cibis, attamen illud non audebat dicere vel culpare, itaqve illius confessionarius per 7. integros annos clanculum emebat cibos, qvos deinde ille Germanico more coqvi curabat. In Gallia fœdæ judicantur mulieres, qvæ rubicundæ nimis sunt. Hinc medicamentis utuntur, qvæ rubedinem abigant, dicuntqve Hispanas ideò se tingere, ut ægrè faciant morti. Cadavera enim eorum, qvi in vita sua fuco operam dederunt, fœdissima redduntur.

Buc-

Buccas inflare faſtum indicat, demittere deſperationem; dentes candidi eſſe debent, qvos ut candidos conſervent Galli à prandio & cœna aqva vino mixta os proluunt, progredientes foras. Hiſpanæ mulieres fœdiſſimos habent dentes, id qvod à fuco oritur. In Italia certi homines reperiuntur, qvi radunt dentes (ſie feilens) vel ſcopis vertunt; à prioribus abſtinendum, valde enim dentes corrumpunt. Sunt etiam qvidam qvi imponere ori dentes poſſunt, conflatos ex oſſe hippopotami; & duas maxillas Alexandro VII. impoſuerat ita ut nemo obſervaret. Labrum inferius non premendum eſt ſuperiore, hoc enim iracundi eſt, non lingua exporrigenda, nec labra circumlambenda. Hiſpani paſtillos odoratos ſemper comedunt, ut fœtorem abigant, qvod illis objicere ſolent Galli, eosqve

ut

ut Judæos fœtere dictitare. Crines diligenter pectendi ſunt; barba qvotidie radenda, unde Galli ſvadent, ut qvis ſibi comparet optimum tonſorem & optimum ſartorem. Hiſpani non faſtuoſi qvoad capillos, & ſi calvi ſunt. Capillos è vertice in frontem deducunt (eine Schopff.) Barbas maximè curant (jurant enim per eas) et ſi ad tonſorem accedunt, ſtatim eis porrigitur ſpeculum, ibi de qvovis pilo philoſophantur, & mandant, qvando hic pilus, qvando ille ſit inflectendus. Dein noctu cum dormiunt thecis, qvas in vertice & vultu alligant, duabus videlicet barbam & myſtacem tegunt; qvin imò invident ſibi invicem barbas; ſicut cuidam Germano è famulitio regio ſæpe dicebant Grandes, ſe dimidiam bonorum partem daturos, ſi ipſius barbam haberent. In Gallia nulla myſtax

ſtax geritur. Legati ad Regis aures admittendi accerſunt Regis tonſorem, qvi barbam radat, & odoriferis rebus crines tingat, poſt 20. imperialium pretio mactandum.

§. 33.

Corporis partes qvomodo formandæ?

Humeri ſunt æqvo modo tenendi. Manus non eſt tenenda in tergo, ne aut flexuoſè inter ſe nectendæ, hæ enim imperium tenent, ſcil. cultiores unam in ſacco abdunt, altera pileum prenſant vel globulos. Statura media commendatur, & ſane minor magis qvàm major, qvi enim prægrandes ſunt, hebetioris cenſentur ingenii, qvin imò & robore ſæpè minoribus ſunt inferiores. Hic ante aliqvot annos gigas Viennæ erat, qvi monſtrabatur pretio, is adductus eſt in Aulam ut monſtraretur Ferdinando III. ubi inter alios Comes aderat omnium auli-

aulicorum robustissimus, is dicebatur. Hunc ego hominem non reformidarem, etsi duplo me major sit; & cum Imperatori placere hoc cerneret, apprehensa manu ait; Salve bone vir, eumq; ita premit, ut altè clamaret, gigas, vimq; sibi illatam qvereretur. Porro prægrandes non ita apti sunt ad exercitia. Parisiis qvotidiè tres celebrantur comœdiæ, duæ Gallicæ & una Italica, qvas nonnunqvam Rex ipse ingreditur; itaqve volebat etiam delectare, & instituebat ut V. & VI. annorum infantes comœdias agerent, qvod sanè tàm eleganter exeqvi noverunt, ut seniores facilè superarent. Manus diligenter purgandæ sunt à sordibus etsi nulli manus porrigamus, præprimis fœminis præterqvam si eas deducamus, qvod facimus induti chirothecis. Si fimbriam vestis muliebris exosculamur, tenen-

tenenda eſt illa nuda manu, & ſi viri ſe invicem ſalutant, etſi non porriguntur, denudandæ tamen ſunt manus. Tribus fœminæ chirotecis utuntur; Imæ proximæq; manibus cute canina conſtant, odoriferis ungventis tincta, unde flavum colorem præ ſe ferunt. Proximæ ex albo lino confectæ ſunt, Superiores elegantiſſimæ ſunt ligulisq; ornatæ. Cum edunt, ne manus aëre offendantur, eas mappulis tegunt. Faciem non lavant uti nec lavari curant vixi à tonſoribus, aſperiorem cutem effici credunt. Smegmate Veneto non utuntur Galli nec Itali, ſed Bononienſi; fœminæ etiam pulvere ex contuſis amygdalis conflato. Sunt Monachi Neapoli, Bononiæ, Mediolani, vulgò Padri de oliveto, qvi Smegma optimum flavi coloris conficiunt, qvare ſæpe Reginæ matri dono offerre

offerre ſolebat Cardinalis Mazarini; utuntur autem minima ejus particula, qvæ aciculæ globum non excedat.

§. 34.

Ungues non ſunt rodendi, aut in aliorum præſentia reſcindendi; Apud nos indecorum habetur, prægrandes habere ungves, apud Venetos decorum, ſed habent inſtrumentum ferreum, qvo purgant à ſordibus ungves, & pellucidas reddant; præprimis autem prægrandem alunt ungvem in auriculari ſiniſtra, cujus cauſam dicunt, qvi fœminæ in illis ungvibus in convivio ſal porrigant, videtur tamen eſſe nobilitatis ſignum; multo enim minores geſtant ignobiles. * Nares emungendæ ſunt non cubito aut veſtimento aut digito, ſed ſtrophiolo, & eo qvidem mundo, & poſt illud non eſt introſpiciendum, ſed ſtatim recondendum. Si tuſſis nos provocat, non ingens

Indecora corporis qvomodo velanda?

faciendus eſt ſtrepitus, & ſi ſternutamus, corpus infleĉtendum eſt ad latus, in qvo nemo conſiſtit. Sternutantibus ſolemus benè precari, ſed ſi magnates ſternutant, reverentia exhibenda; qvi autem planè inæqvalis ſunt conditionis v.g. famuli, nullum præbere debent ſignum bonæ apprecationis. Qvando exſpuimus, ſaliva non minus longe jaculanda eſt; ſed propè ſe, & ſi cum aliqvo loqvimur, in alterum latus ejicienda, & ſi ſit ſpiſſior, pede conterenda. Non debet exſpui è feneſtra, non in gutturnium, aut in ſtrophiolum, niſi ſingulari loco, ubi exſpuere in terram religio eſt, v. g. in conclavibus Principum, in qvibus dum ambulamus, etiam caput retegendum eſt, præprimis in Hiſpania, Anglia & Mantuæ. Oſcitatio debet vitari qvantum fieri poteſt, ſi verò adigit nos naturæ imbecillitas, fleĉtendum ad latus corpus eſt, & tegendum os

ſtrophio.

strophiolo, nec debet qvis loqvi inter oscitandum. Viennæ à conviviis solet semper præponi addique convivis scutellum plenum herbæ Thechinensis, qvæ calida ebibitur & prohibet oscitationem. Cachinnus vitandus est,& si ridemus soli, dicenda aut fingenda causa,ne alii se irrideri putent,nec ridendum in aliorum calamitatib⁹,v.g. si qvid aliqvis min⁹ decori commiserit,sed condolendum est; Pudenda corporis non denudanda sunt, unde Judæi induunt Indusium in lecto, ne 4. venti conspiciant ipsorum nuditatem; non manus habendæ in illa fissura caligarum,onera corporis ejicienda in secretis & abditis locis. In Hispania viri & fœminæ etiam in publico reliqvias cibi & potus per pudendas corporis partes emittunt; nec sufferunt in suis ædibus latrinas præ nimio fastu, dictitantes; nolle se habere in ædibus thesauros

immun-

immunditiei. Itaqve reponunt corporis excrementa in ollis, in ædium angulis sepositis, qvas nocte exonerare solent, & ante noctis concubitum monere prætereuntes: dicentes [das Wasser geht] sub mediam autem noctem nemo amplius monetur, qvo tempore ferè omnes purgantur, & sic ferunt Philippum IV. Regem aliqvando his sordibus fuisse inqvinatum. Viennæ illustrissimæ fœminæ ex Imperatricis Gynæcæo illa excrementa in chartis reponunt, ac deinde projiciunt de fenestris, qvæ scalis per qvas ad Imperatorem gressus patet, jacent. Ventris flatus coram aliis non emittendus est, etsi Legatum Venetum aliqvando ex ejus retentione mortem oppetiisse legamus. Refert Langius in Consult. p.m. 545. & nescio, qvo autore. Aeningstonii Baldewinum dictum le Petteur beneficio
Regio

Regio tenuiſſe terras per Scriantiam pro qvo debuit facere die natali, Domini ſingulis annis, coram Domino Angliæ Rege unum ſaltum, unum ſufflatum, & unum bumbulum, h. e. debuit ſaltare, buccas cum ſonitu inflare, & ventris crepitum edere. Pediculi etiam vitandi ſunt, etſi Ageſilaus Spartanorum Rex pediculum de capite detractum in ipſa ara necârit, inqviens: ſe inimicos ſuos etiam in ipſa ara necaturum.



CAPUT VII.

§. 35.

Cum novus ille modus conficiendi tibialia excogitaretur, qvidam Gallus Reginæ Hiſpaniarum tale par tibialium obtulerat, qvæ res mire torſit Hiſpanos, dicentes: hunc hominem eſſe audaciſſimum: neminem hominum

Pedes habere apud Hiſpan. probroſum.

C debe-

debere cogitare Reginam Hispaniæ habere pedes. Hinc si descendit curru, machinæ ex asseribus [qvalis monstratur in areâ Regiæ Aranjuez] exædificantur, ne videantur Reginæ pedes. Modernæ Angliæ Regina, cum genere Lusitana sit, volebat addiscere artem saltandi, sed nolebat unqvam Magistro monstrare pedes.

§. 36.

Pedes qvomodo inter sedendum componendi?

Non sedendum est divaricatis pedibus, non deductis nec decussatim compositis tibiis, dextro pede in lævum conjecto, & si dicant Reges veteres hoc modo sedisse, non ludendum pedibus, aut in sella vacillandum, sed sinister pes flectendus ad latus, & dexter præponendus, ita ut calx prioris pedis respiciat ad frontem pedis posterioris, tantoq; inter se spatio distare debent, ut duæ manus

manus imponi possint, & si diu sedemus, permutandæ pedibus sunt stationes, sine motione corporis, & nemo sedens cum stante loqvi debet, nisi plane inferioris sit conditionis.

§. 37.

Pedes qvomodo inter eundem componendi.

Inter eundem non nimis festinandum, est, qvod pedisseqvi faciunt, nec nimis lente incedendum, ut Hispani, in qvibus nihil inter eundem mobile est, exceptis solis pedibus; & hoc ex mero fastu agunt, qvo ita laborant, ut aliqvando Hispanus qvidam Testamentum suum ita inchoârit: Fili, tibi ante omnia observanda est gravitas, secundo loco timor DEI; hinc etiam si arant & conspiciunt advenientem peregrinum, misso aratro indutoqꝫ pallio, obambulant in agris, ac si ipsi nunqvam agriculturæ operam dedissent, & hi rust. dicunt, neminem

se curare præterqvam Deum & Regem. Sic si mendicus repellitur, dicendum est; ignoscas mihi Domine, non habeo penes me pecuniam. Porrò non est ambulandum aperto ore, nec caput identidem in latera flectendum, nec brachia dependere debent versus terram immobilia, sed unum post alterum movendum est; Terra non est pulsanda pedibus; nec illi attrahendi magis, qvàm qvod illis innitamur; non ejaculandi ad latus; non innitendum digitis pedum, incedendum erecto corpore, nec nimis dorsum inclinandum, ne gibbum formemus; oculi non ad latus emittendi, sed aspiciendum, qvod ante pedes est, nec cogitabundi debemus incedere, pedesqve ita componere, uti supra de sessione dictum est.

§. 38

§. 38.

Si v. g. in porticu obambulamus cum aliqvo, poscit civilitas, ut digniori principio dextram concedamus; dein non cursitandum est rursus ad sinistram, sed qvi inferior est, nunqvam debet consistere inter eundum, nec prius se vertere, qvam dignior converterit, nec dorsum monstrare superiori; si magna sit inter eos differentia, dignior qvoad humeros præcedere debet. Si pares sint, dignior ex ipsis non semper debet primus consistere, aut se invertere primus, sed interdum etiam hunc honorem habere inferiori. In Italia & Gallia, is digniorem occupare censetur locum, qvi proximus muro est, qvia illum tuetur paries, id qvod necessarium interdum est in Italia. Dein qvia stillicidiis &c. non tangitur aut fœtorem de illis non experitur, & , si pluit, non

Dignioris loci inter eundum observatio.

adeò à cœli tempeſtate infeſtatur. Tandem etiam dignior eſt locus qvi altior eſt, id qvod plerunqve poteſt eſſe prope ædes. Si mihi progredienti paries eſt ad manum dextram, omnes mihi cedunt ego nemini, exceptis fœminis, Profeſſoribus Patavinis (qvi Comites præcedunt, cum haud pauci inter eos comitum dignitate ſint conſpicui) viris ſuperioribus civitatis alicujus: v. g. Senatori Veneto & Principibus; Interim in Italia, ſi mihi Marchio obviam procedat, egoqꝫ cedam de via, non ille verſus parietem progredietur, de qvo ego declinavi; ſed ſemper perget longius à pariete, qvinimò ſi urgeamus vehementius, plane in alterum latus ſecedet; ſed ſi mihi progredienti paries eſt ad ſiniſtram, cedere cogor omnibus, bajulis etiam infimis. Qvando cum perſonis

sonis illustribus procedimus in Italia, toties permutanda est statio, qvoties in eundo paries mutatur. Professoribus Patavinis etiam comites Imperii immediati loco cedunt, & solo die Catharinæ studiosi præcedunt Professores. Idem observandum si qvis fœminam deduxerit, sed dum mutamus stationem, à tergo illa circumeunda est. Si per scalas ascendimus, fœmina ibidem ducenda est ad parietem, qvia ibi latiores sunt gradus, sed in tali casu si res ita ferat, sinistra manu deducenda est, valet autem id qvod paries, sepes vel vallum à terra excitatum. In Germania si tres simul obambulant, præcipuus censetur medius. Norinbergæ ille, qvi à dextris ambulat. In Gallia & Italia dignissimus ille est, qvi proximè ad ædes,

infimus, qvi qvàm longissimè ab illis ingreditur, sed si qvi tres in domo v. g. obambulent, medius locus primus censetur, & si alteri duo, qvi ad latus ambulant, se vertunt, necesse est, medio vultum obvertant, & medius primus se vertere debet: si medius se vertit, debet vice versâ unicuiqve obvertere faciem, si verò illi sint inæqvalis conditionis, tunc semper illi à dextris. Viennæ si tres insimul progrediuntur, mutant semper, cum se vertunt, loca, ita ut qvi modo incepit ad dextram, jam ambulet in medio; qvi ante in medio, jam ad lævam; qvi prius ad lævam, jam ad dextram, sed hoc faciunt, si sint æqvales. Idem etiam observant in Hispaniâ.

CAPUT VIII.

§. 39.

Elegans & mirificum loqvendi artificium Hispani norunt, traductum hodiè etiam Viennam, ibi enim illustrissimæ fœminæ Germaniæ Imperatricis gynæceo non prodeunt in publicum, nisi ab hora 5. ad 6. vespertinam in atrio, præsente superiore Aulæ Magistro, ibiq; cum viris licet colloqvi: Eadem lingva utuntur moniales. Sunt autem divisæ literæ per articulos digitorum; si qvis velit cum aliqva colloqvi, in altum tollit strophiolum, si illa & suum, res salva est. Huc pertinet Jo. Bonifacii liber de ratione loqvendi per nutus. Hispaniæ mulieres inprimis hoc artificio utuntur, sunt enim qvædam illustriores, qvæ in V. VI. imo X. vel XV. annis non domo prodiere. Sermo occultus.

§. 40.

An ſurdus loqvi poſſit?

Ariſtoteles ſentit, ſurdos ſimul etiam eſſe mutos, qvia non exaudire poſſunt, qvando res aliqva appellanda ſit. Verum Princeps Subaudiæ, principis Thomæ filius tam ſurdus eſt, ut ſi tormentum majus (Carthaun) ad aures ejus explodatur, id non exaudiat; edoctus tamen ab Hiſpano fuit lingvam Hiſpanicam, cum interim vernaculam Italicam non calleat. Qva arte id effecerat Hiſpanus, ignorant, ſemper enim ſe in conclavi cum Principe concluſit, nec ulli unqvam aperuit hoc myſterium. In Anglia aliqvis Wallis vocatus grammaticam edidit, in qva gloriatur, ſe qvinq; Surdos lingvam Anglicanam edocuiſſe.

§. 41.

An communis lingva omni-

Qvidam non incelebres viri eò operam intendunt hodiè, ut exco-

excogitent lingvam, vigore cujus Scriptam Epiſtolam qvivis ſolius vernaculæ gnarus intelligere poſſit; laborant autem præprimis ea in re Athanaſius Kircherus Romæ; Labbeus in Gallia, ambo ſocietatis Jeſu, & adhuc Gallus: Sainct de Garde, qvi poſtremus mox aliqvid de hac materia editurus eſt, & putat rem eſſe facilem, etſi non uno anno perfici poſſit, putant nonnulli, hoc fieri poſſe per hieroglyphica. Kircheri tamen ratio optima videtur, id fieri per numeros barbaricos, qvi omnibus pene gentibus cogniti ſunt, edendumqve magnum lexicon, in qvo perſcribi deberet, v.g. 4. jam addendum eſt, qvod ſignificet in omnibus lingvis, & hoc lexicon qvivis habere debet, atqve ibi numeros evolvere; ſed caſus & tempora, & Philoſophici termini non poſſent hâc lingvâ formari.

§. 42.

Circa ſermonem obſervanda.

Sermo debet eſſe clarus, ſvavis & ſonorus, non exilis, qvi fœminas decet, qvem comitari debent geſtus rei accommodati, qva in re præprimis manus & oculus ſuum præſtare debent officium, non devoranda ſunt verba, nec nimis vox exaltanda. Qvando interſumus ſocietati magnorum virorum, non debemus cum aliis loqvi, non ridere, non attendere, cum illi clam loqvuntur: qvando audimus alios loqventes: debemus accuratè attendere, nec aliqvid ſecreto loqvendum eſt, ne alii irrideri ſe putent, id qvod imprimis in Aula Rom. obſervatur, ubi ſi Cardinalis alterum viſitaverit, & alius Cardinalis adveniat, ejus adventum clarè debet Domino ſuo nunciare Camerarius; Sermo non debet eſſe præceps, aut prævertere mentem, nec aliqvis ſecum

ſolus

ſolus debet loqvi, muſſitare aut cantare, qva in re Galli peccant, qvi Pariſiis noctu cantant, & tripudiant, nec Regem reverentur, & ſæpe ea canunt, qvæ parum juvant autoritatem Regis. Apud eos fœminæ de rebus politicis loqvuntur, & ſi ad eas qvis veniat, rogatur, ut cantillet. Non nimis vicini aut remoti ab eo eſſe debemus, cum qvo loqvimur, ſed debemus diſtare ſpatio palmæ; ſi alius loqvitur aut aliqvid recitat, nos non alium ordiri debemus ſermonem; ſi qvis non poteſt pergere in ſermone, non ipſi accommodanda ſunt verba, qvod nimis incivile Romæ judicatur. Aſſentatio etiam in ſermone cavenda eſt; nec aliqvis ſe jactitare debet, qvo morbo laborant Gaſcones, unde jactantia Gallis Gaſconnade dicitur, licet tamen qvis erudito ac prudenti ſer-

mone prodat; qvis sit, id autem nudè narrare studeat. Nova non sunt narranda, nisi simus certi de illis; Et si alii de aliis loqvuntur, ac nos rem ignoramus, tacendum est, si qvis qvid narrat, & non rectè narrat, non est concutiendum caput, non vertendi oculi, aut corrigendus ille; non corrigendi sunt aliorum defectus, aut illi in os reprehendendi, possumus tamen gestum significare, aliqvid nobis minus placere, aut per occasionem reprehendere. Si qvis sermone prodat se in vitium aliqvod proclivem esse, id vitium carpendum est. Locuturi non debemus esse nimis prolixi in procemio, & in enarrandis circumstantiis, omnia paucissimis verbis efferenda, secreta non propalanda sunt, aut alicui revelanda. Unicuiqꝫ debitus titulus est assignandus, qvi ei competit,
cujus

cujus cupiditas valdè torqvet Austriacos, censente Lansio in orat. contra Germaniam. Ibi cum tres sint status: Die Prælaten / Herrenstands und Ritterstands / & illi Herrenstands sint. Vel seniores vel juniores, poscunt seniores, ut juniores (qvi reluctantur) se salutent titulo: Ihr Gnaden. Viennæ si cui hic titulus non competit, verbum Herr aut Monsieur non amplius, sed vox Sie usurpatur; Et si qvis gaudeat modo dicto titulo, ubi eo aliqvoties compellatus fuit, post voce Sie / utimur. Si Reges, Principes, Comites ad se invicem scribant, compellant se titulo. Ew. Liebden. In Gallia & Italia nemo in persona secunda singulari, sed in plurali omnes compellantur; Interim si fieri potest, melius est ut abundemus in assignando titulo qvàm ut deficiam⁹.

Ani-

A nimia diſputatione abhorrendum eſt, & rixoſus aut nimium clamans in ſua opinione relinqvendus. Cavendum eſt, ne blaſphemiæ, juramenta, & graves obteſtationes ſermoni immiſceantur; Hic Itali & Galli peccant. Illi ſemper ingeminant deſpectum Dei, corpus Dei, ſanguinem Dei, unde Pontifex Julius II. aliqvando pavonem comedere cupiens, cum reſponderet coqvus, illum nondum aſſatum, juſſit, ut in deſpectum Dei afferretur. Galli ſemper hoc in ore habent, abnego Deum de toto corde. Prohibentur etiam obſcœna verba, & hic Itali nimium peccant, qvi nullo verbo magis utuntur quàm hoc Cazzo, qvod eam corporis partem, qva viri ſunt, denotat. Imperatoris vidua aliqvando alicui Baroni egregiam novamq́ veſtem oſtendebat, cum ille: Cazzo, **das iſt ein**

ein schönes Kleid: Qværsivit Imperatrix: Kont Ihr sonst mehr Italiänisch? negavit ille, tunc respondit: Ey so last das auch bleiben. Vitanda etiam sunt proverbia & alia, qvæ ad rem non faciunt. Comes Sinzendorffius Comiti Merodio pecuniam mutuo dederat, qvi semper in ore habet vocem: gewesen / hunc offendit in Imperatoris Antecamera, admonetq; de debito, respondet ille: Ja ich bin schuldig gewesen; respondet Sinzendorffius: Ja Sie sints noch. Porro à peregrino sermone apud eos, qvi non intelligunt, abstinendum est; præprimis in Italia non alio qvàm Italo sermone utendum est, non peregrina vocabula adhibenda, cum omnes cultiores gentes lingvam suam puram conservent, ejusq; decori studeant. Parisiis in Aula Regia tanta dulcedine lingvam Gallicanam enun-

enuntiant, ut non homines ibi sed Angelos loqvi dicant. Itali Tusco Sermoni student; Hispani Castiliano; soli Germani exteris lingvis studemus, earumqꝫ vocabula infarcimus in Nostram, qvod sanè autoritas Magnatum efficit, vernaculamè maximè negligentium. Sic Imperator noster lingvam Germanam Austriacâ dialectô ita enuntiat, ut à Germano alio vix intelligi possit, cum tamen Latinè, Gallicè, Italicè & Hispanicè satis comtè loqvatur. Semper ita loqvendum est, ne alios verbis asperis aut sarcasmis exasperemus. Parisiis qvotidie nobilissimæ fœminæ in conclavi reginæ conveniunt, qvæ in medio sedet, ibiqve de variis qvæstionibus consultant, electo judice, qvi optima qvæ fuerit sententia, expromit.

Ibi

Ibi aliqvando qværebatur: qvæ summa esset civilitas? & tandem approbatur ea sententia qvâ statuebatur, civilitatem præcipuè in eô consistere, si qvis omnibus placere studeat. Vitanda sunt famosa scripta, & pasqvilli qvorum nomen hinc originem habet. Erat Romæ superiori Seculo sartor, qvi, ut solent, tabernam habebat publicam, vocabaturqve Pasqvino. Is unà cum famulis, qvos multos alebat, omnes prætereuntes taxabat, unde Pasqvini nomen pro cavillatore Romæ usurpatur. Post ejus mortem in platea in qva habitaverat, effossa est gladiatoris statua, qvam Michael Angelus secundam à trunco Herculis in vaticano dicebat: illa cum effossa esset, rejecta est in angulum (Ecf) illius plateæ ad tabernam Pasqvini, unde illi Pasqvini nomen; hæc

hæc statua adhuc superest. Est enim in Capitolio viri cubantis specie, qvam nonnulli Jovis Panarii arbitrantur, dedicatam, cum in acerbissima fame panis apportaretur; aliis Tiberim eam significari placet; qvidqvid sit, Morpheo illam appellant. Hæc & Pasqvino inter se invicem colloqvuntur. Cum Sixtus IV. sederet Pontifex, matremqve haberet lotricem, sordidum Pasqvino indusium circumdabatur, cumqve qværeret Morpheus: eccur tam sordidè incedis? Respondit Sixti nomine: mater mea fuit lotrix, qvæ cum jam Marchionissa facta eo munere abstineat, mihi necessitas incumbit, ut tam sordido indusio utar. Aliqvando supplicationem tenebat, cumq; Morpheus qværeret qvid illa sibi vellet? regressit, se supplicaturum Pontifici, ut, cum jam diu Romæ esset, se crea-

ret

ret Cardinalem. Excepit Morpheus: itaqve tantum truncus es, nec ratione polles: tunc ille: At vero pontifex me multo insipientiores Cardinales creat. Si qvis reperitur, qvi aliqvid Pasqvino affigat, damnatur ad Triremes; unde ille aliqvando Morpheo respondit: non se id formidare, qvippe qvi manibus destitutus triremes regere non possit. Cum Urbanus VIII. Pontifex Pantheon tecto (ex ære Corinthiaco, cui admixtum aurum, facto) denudaret, vulgariqve cupro tegeret, ajebat Pasqvinus: qvod non fecere Barbari, fecere Barbarini; cujus rei suspicio Cardinalem Bentivoglium pressit.

CAPUT IX.

§ 43.

In vestitu respiciendum est ad loci genium, non enim ubiqve idem vestitus, qvo Galli maximè & Hispani à se invicem distingvun-

Vestium apud populos variteas & mutatio.

gvuntur. Gallus necessitate urgente vendit pallium, & incedit innixus baculo. Hispanus omnium primo indusium, deinde calceos, ultimò omnium pallium vendit. Gallus thoracem ultimò induit, primum Hispanus, Globulis thoracem claudens, à superiore incipit. Hispanus ab inferiore. Gallus premente æstu inferiore thoracis parte globulos fisuris eximit. Hispanus in superiore; prætexens: inferius stomachum situm, à qvo frigus arcendum; unde & thoracem inferius Zona firmat; ad finem thoracis Hispani magnas gestant scissuras (Schöße) exiguas, Galli exiguas & clausas manicas portant, magnas & apertas Hispani. Galli gestant amplas caligas, angustas Hispani. Inde eos Archiepiscopus Ambrunensis deplumatis Gallis assimilare solebat.

Galli

Galli portant gladios corpori convenientes; Hispani gladios longos, nec ulli gladius in tota Hispania longior est altero; edicto enim cautum est Regio, ne qvis artifex, qvi gladios fabricat, verutum certa proposita mensura majus aut minus manubrio aptet, ne cum congrediuntur, alter melioris ob longitudinem gladii sit conditionis, alterumqꝫ facilius ferire possit; neqve vagina nudare possunt gladium, nisi balteum corpori detraxerit, et cum vehuntur, coguntur gladium tenere manibus. Galli fere qvotannis mutant vestimenta, nunqvam Hispani, Poloni & Hungari, qvorum postremorum vestitus omnium est commodissimus. Per Hispaniam & Hungariam nemo solus tutus proficisci poterit, nisi eorum sit vestitu indutus. Sic se moribus exterorum Regina Christiana aptavit.

Cum

Cum enim in Belgio esset, ut Hispanam repræsentaret, nigres crines adscititios capiti imposuit, & atro colore tinxit vultum, qvo etiam habitu Romam intravit; verum cum Galliam transiisset, suasu Reginæ matris detersa illa fuligine, cum Romam pervenisset, vix agnita fuit.

§. 44.

Vestium mundities. Vestes debent esse mundæ, nec pulvere sordidatæ. In Gallia noctu Camerarius eas verrere debet, & componere, ut Dominus manè surgens paratas inveniat; idem debet reficere, si qvid subito in illis laceratum fuit, unde plerumqve reqviritur, ut artem sartoriam addidicerit. Qvi pulchrè vestiuntur, non debent se circumspicere; eligendus est optimus sartor, & curandum, ut ex albo linteo confecta vestimenta munda sint, qvod summopere Galli

Galli desiderant. Sed non fœminina cura vestibus adhibenda est, non debent radere supercilia, ut faciem tingere, qvod alias magnus Princeps egit, aut res odoriferas secum gestare, qvodne fœminæ qvidem faciunt.

§. 45.

Habent Galli in ædibus suis semper ad manus togam nigram & longam usqve ad talos dimissam, qvam induunt, qvando repente ab aliqvo visitantur, hodiè portant vestes longas (Nacht-Schauben) indicas è serico confectas, fartasq; lana serica, qvâ & in æstate uti possunt. Sine gladio aut pallio nemo debet prodire in publicum; In Italia & Gallia adventantes palliati excipiuntur; Hispania cum pila ludunt, aut opifices cum laborant (qvod mirum) palliis induti sunt. Ad minimum & apud nos de- Vestitus cura in ædibus.

bet ad ventans pileo excipi. Monachi intrantes Romæ palatium aliqvod, edicto Urbani VIII. pallia ſua ad fores relinqvere coguntur.

§. 46.

Circa veſtitum obſervanda.

In veſtitu non debet apparere levitas, non pallium injiciendum eſt in brachium, aut pileus ad oculos uſqve pertingere debet, qvæ in Gallis ſalsè rident Itali. Si qvis inter peregrinandum declinans ad urbem in præclarorum virorum notitiam pervenire velit, una veſtis ſufficit, dummodo illa non detrita ſit, aut ligulæ ferramento fuerint conplanatæ, aut veſtis antiqvo more fuerit effecta; ſi vero in loco aliqvo diutius aliqvando commoramur, neceſſe eſt ut duabus inſtructi ſimus veſtibus, qvo eas mutare poſſimus, ibiq; de veſtitum forma & modo fœminæ conſulendæ ſunt.

§. 47.

§. 47.

In æstate vestem è materia gestant, qvam Zeug / vocant, in hyeme è panno aut fortassis etiam ex fortiori alia materia. Viennæ in hyeme holoserico pallia farciunt. Necesse est ut materia vestis ea eligatur, qvæ tunc est in usu. De coloribus ligularum, grata sese sympathia, excipere natis, fœminæ consulendæ sunt. Sed si qvis uno tàm colore ligularum ubi velit, in vere virides adhibeat, in æstate Pfirsingblüth-farb / Leibfarb / Flachsfarb / Krädelin / in autumno fucille morte, in hyeme Feuerfarb. Necesse est etiam elegantiorem vestitum ad manus esse, qvo iudulti festa Principibus consecrata (in qvibus lugubria relicta seqventi die resumuntur) celebremus. Vestitus tempori accommodendus.

§. 48.

Gallorum calcei una saltem gestant solea, qvi ita observandi sunt ne Calcei qvomodo comparati esse debeant?

ne luto commaculentur; cum autem valde lutosa sit Parisiorum Lutetia, portant calceos veris super inductos, & forti corio conpactos. Caloche vocant, & pars ejus dependens(Lapp)magna rosa est ligulis conflata tegitur, ad ædes exuit eos famulus, vel si talis desit, parieti innixi eos ut ocreas detrahunt.

§. 49.

Calcei qvomodo comparati esse debeant?

In vestibus lugubribus magna est differentia; aliter enim se habent in grandiori luctu, aliter in minori, aliter sub initium, aliter sub finem luctus. Si luget aula, eam adiens, simili veste coopertus esse debet. Cum moderni Regis filia primogenita, paucorum dierum infans (qvam nec ipse Rex, qvia deformior erat, matre Æthiopissam sæpius respiciente viderat) moreretur, mediocris luctus erat. Protabantur Handtäßlein(brachia nominant) è pel-

è pellucido linteô, indusium è manica thoracis eximebatur, vestes è materia teneriore, & ligulæ in veste & pileo, ex nigro linteo, (Flor) gestabant. Cum autem Regina mater obiisset, grandis luctus erat: ibi illa ornamenta manuum & collaria ex Hollandico linteo cum longis fimbriis gestabantur, abscondebatur indusium, vestes è panno gestabant, & nigrum linteum pene usqve ad terram de capite dependebat, sub initium longo syrmate conspicuum gestatur pallium, itemqve toga ad terram usq; propendens è Boy / qvæ deinde ut & pallium subinde decurtatur. In Hispania Magnates principio luctus pannum omnium vilissimum sine ulla sartoris interventione humeris circumpendent, post-nendo conjungunt, tandem vestis exinde efficitur.

CAPUT X.

§. 50.

Vestitus Pontificis. Pontifex semper induitur interula de albo serico, pallioqve ad humeros usqve dependente ex holoserico, ad manicarum principia hermelinis facto, superius toga ex rubro holoserico, calcei è rubro panno constant, in qvibus aurea crux videtur; caput mitra tegitur è rubro holoserico ad aures usqve pro pendente, & in extrema parte harmelinis farta. In æstate loco holoserici utitur materia, qvam Atlaß vocant. Si lugubria gestat, gerit interulam linteam & pallium è panno, sed color semper idem est; In Paschate usqve ad Dominicam in Albis, Holoserico albo utitur, aut albo Atlaß / aut Damaß.

§. 51.

§. 51.

Cardinalium cor ńq; aulıorum vestitus.

Cardinales utuntur rubro, violaceo, & rosæ siccæ colore utuntur, rubro aut Parasceve, Natalis Domini usqve ad Septuagesimam, à Festo Paschatis ad Dominicam adventus; In hyeme vestis è panno, in æstate è Schamlotb est, omnibus diebus veneris violaceo utuntur, colore, itemqve à Septuagesima ad Pascha. A dominica prima adventus ad Natalem Domini pileus, spira & tibialia ejusdem semper cum veste coloris sunt. Pontifex totam auream Spiram & holosericum gestat. In consistorio, in conciones, in conclusiones h.e. disputationes violaceo colore utuntur. Die Veneris, qvo passus Salvator fuit, vestem è Rasch portant. Vestem rosæ siccæ induunt dominica III. adventus, & dominica IV. qvadragesimæ, in qva rosa aurea consecrari solet. Cardinales, qvi monachi fuerunt,

colorem ordinis sui servant, nisi pileus & capitum reliqvorum Cardinalium pileis capitiis colore similia sunt. Qvando is Cardinalis proximè se consangvinitate attingentem luget, eodem qvo reliqvi vestitu uti cogitur. Interim tamen qvando visitatur, nemini obviam procedit aut comitatur. Cardinales, qvi habitant in Palatio Pontificis, nunqvam sumunt lugubria. Ministri eorum, qvanto qvis nobilior est, tanto viliorem vestem lugubrem portat. Qvi vult freqventare aulas Cardinalium, debet cum clientibus accedere, hora X. ubi consistunt in Antecamera, tunc prodit conclavi Cardinalis & salutat præsentes, qvi eum comitantur, ad missam, eoqꝫ peracta domum re vertuntur; qvo pleniorem Cardinalis habet Antecameram eò dignior habetur, ibiqve audiuntur omnium regno-

rum

rum arcana. Si qvis eos velit accedere, nigris vestibus indutus esse debet, sed nec hoc fieri potest, sine magni patroni commendatione. Deinde debet esse palliatus; peregrinantes (Bilgram) deponunt gladium in Antecamera & semper à finita missa intromissi ad Pontificem ejus pedes exosculantur, tacente eo, qvæ res cito peragitur. Si Pontifex degat in suburbanis, visitantes admittuntur in veste huic seculo colore & forma apta. Pileus chiroteca & gladius relinqvi debent in Antecamera, qvæ tamen in suburbanis retinere licet, si qvis notus sit; neqve adire licet Pontificem crinibus adscititiis, qvibus capitium assutum est. Idem in cardinalium ædibus obtinet. Civiliores dum in principium conclavibus obambulant, chirotecas exuunt, manicæ cum chirotecis pari gradu sunt.

§. 52.

Vestitus in Aula Imperatoris observandus.

Viennæ qvi volunt vestitu congruere aulo, ad mittiqve in eam, & in Imperatoris conspectum prodire, debent esse ornati vestitu, qvem Imperiale vocant, excogitatum ab Imperatore. Voluit semper (pro odio Austriacæ familiæ in Gallos innato) Gallico vestitu magnates uti, & ut eos coerceret, aliqvando moriones hoc habitu incedere jussit, sed nihil profecit. Tandem fuit inventâ vestium forma è Gallicana & Hispana conflata, qvæ ita sese habet; portant caligas amplas ultra genua descendentes (zugebunden) non ita angustas ut Hispanæ esse solent, qvas in latere induere necesse est, globulosqve ad latus, dum induti illis sunt fissuris indere; porrò thoracem cum longioribus dissectis partibus (Schöß) breves ad brachia, & à tergo longæ dependent alæ.

Se

Se verò degant in fuburbanis, Gallicano utuntur habitu. Præterea in illa vefte Imp. manicæ materia à thorace differunt, cingitq; pectus cingulum, & portantur ab humeris dependentes balthei.

§. 53.

In aula Gallic. Regem qvifqve vestitum feqvitur, qvi habet præfectos, qvi rei veftiariæ per multos annos ftudent, ut novum & elegantem veftium modum excogitent, qvo fi femel indutus Rex fuit, ftatim omnes eum imitantur. Lepida de Heinrico IV. Rege Hiftoria circumfertur. Cum is aliqvando Lutetiæ per urbem obeqvitaret, pileorum confector fupplex ad Regios pedes devolutus eleemofynam precatur; qværit Rex, an non fe fuftentare poffit fuo opificio, refpondit ille; neminem fe pauperiorem effe, habere enim fe tabernam totam plenam pileis ob

Veftitus in Aula Gallicana ufitatus.

antiqvam formam contemtis; juſſit Rex, ut unum ex illis afferret, & allatum ſuo abjecto pileo capiti impoſuit dicens: ſat Eleemoſynæ, & ſanè ea adhuc die omnes illi pilei venierunt. Si qvis non adeò magnas divitias poſſideat, gaudeatqve tamen eleganti crebroqve mutato veſtitu adire poſſet homines, qvos frippier appellant; huic dantur per annum 200. Imperiales, & ita ille ſingulis menſibus novam veſtem præbet, qvo exacto eam reddere qvis cogitur, & finito anno additur ab eo veſtis itineri accommodata. Si Rex lugubri veſtitu incedit, violaceo colore utitur, tam in materia veſtis, qvàm in globulis & ligulis, & cum nemini, nec regio fratri portari conceſſum eſt; Si qvis lugeat non adeò propinguum, poteſt nigris ligulis eas jungere, qvas ſucille morte appellant.

§. 54.

§. 54.

In Aula Hispanica nemo vestitu Regem discernere potest, à famulo; In hyeme portant vestes ex holoserico & panno, in vere ex villosâ materiâ; Zeug/ in æstate von Tafft/ & in autumno materiam floribus inter sponsam. In Hispania etiam puer nobilis è famulitio ap. Dominum in curru sedet. Hoc tamen signo distingui potest, qvod magnates plerumqve signum ordinis portant, vel Alcantaræ [viridem nempè crucem] vel Calatravæ [crucem angulatam] vel S. Jacobi [crucem rubram] & hæc signa in palliis conspiciuntur; gestant etiam parvam ex auro conflatam arculam, qvæ serico appendens in se concludit numisma ordinis. Si splendidissimo vestitu utuntur, in aureis catenis superbiunt, vel etiam gemmeris; qvam ob rem eos falsè traducunt Galli, qvorum Rex Lega-

Vestitus Hispan. Aulæ.

Legato alicui nunqvam catenam, ſed ſemper aliqvid majus donare ſolet.

§. 55.

Veſtitus Aulicanus.

Modernus Angliæ Rex Gallicanas veſtes è Britannia expulit, & novum earum modum invenit. Utuntur enim in æſtate longiore toga, & in hyeme inſuper interula (Camiſol) ajuntqve, illam Polonico habitui maximè eſſe ſimilem.

CAPUT XI.

§. 56.

Diſciplina homini Civili neceſſaria.

Ante omnia Eloqventia homini civili commendanda venit. Cum Viennæ etiam ſatelles promptus ad loqvendum eſſe cogatur; nam ſi ſurgunt proceres h. e. hora X. dum induuntur, aliqvod adſunt famuli, qvi de frivolis rebus referunt. His omnibus reſpondendum; eamqve ob cauſam ſemper qvidam famulus ad

ad ostium conclavis consistit; itidem ad fœminas tales advolant nuntii, & hic mos nullibi qvam Viennæ observatur. Reliqvi officiales gravibus de rebus emittuntur. Et si Dominus non sit, delegatum famuli colloqvio interim curare debent. Et sanè magna prudentia est, arripere statim occasiones sermonis, qvi cum alio refugere non possumus à sermone desumit. Legatus certas semper in promptu debet habere formulas gratulandi, condolendi &c. sunt & Principibus consvetæ formulæ. Imperator noster plerumqve his verbis respondere solet; Wir haben Euer Begehren vernommen / und wollen Uns deswegen in unserm geheimen Raht allergnädigst entschliessen / und bleiben Euch mit Käis. Gnaden gewogen. Philippus IV, Res Hispaniæ nullum verbum pro-

proferebat, ſed ſemper movebat labia, præter hoc unum verbum in fine, qvod curam denotat, ſed non ſolum in vernacula lingva ſed & in exoticis eloqvens eſſe debet aulicus, præprimis in Gallica, Italica & Hiſpanica. Poëſi etiam ſtudendum eſt, Hiſtoria etiam tenenda præprimis recentior, ejusqꝫ ad qvem miſſi ſumus, & noſtri Principis. Id etiam Politicæ & Jurisprudentiæ incumbendum eſt, qvæ duæ rem totam perficiunt. Porro ex artibus pictura diſcenda ſunt, illa plena ſunt omnia, Principum conclavia, & inde plerumqve loqvendi occaſio deſumitur. Porro muſica, qvæ fœminas conciliat & Principum etiam virorum alios expugnat. Præterea etiam eſt Mathematicis ſcientiis Geographia, qvam in Hollandia etiam ruſtici ſatis exacte tenent & fortificatoria.

§. 57.

§. 57.

Exercitia homini civili necessaria potissimum hæc sunt. I. Ars luctandi qvæ nullibi tam commodè qvam in Italia addiscitur. II. Artis palæstricæ peritia, ut qvis se defendere possit in bello, & in monomachiis in Germania. In Italiæ monamachiæ rarissimæ sunt, hinc ajunt; Germanos satis alioqvin prudentes inter qvatuor præcipue peccare I. qvod ædes earumqꝫ partes duas satis cautè obfirmant, fornaces relinqvunt apertos. II. qvod domus relinqvunt apertas, præprimis in arcibus, ubi ad muros spectatur. III. qvod semper portis præficiantur stulti. IV. qvod duello confligant, præbeantur vulnerandum corpus ei, à qvo jam offensi sunt, cum eum interficere per alios possint. Itaqve non provocant alterum, sed iras æternas gerunt, nec infantibus, uxoribus, do-

Exercitia homini civili necessaria.

gratia & respectu suspenduntur, mortuusq; alligatus eqvis raptatur per urbem ad patibulum; nec peregrini ea ab lege exepti sunt. Ante duos annos duorum Marchiorum uxores (Madames de Pradel & de la Motte eas vocant Diarium Europæum) se provocarunt Sclopetis, & una ex illis vulnerata fuit in pede, nemo audebat hoc Regi referre, qvi tamen tandem aliqvid ea de re cum subolvisset, qværit è suis, qvid inter has illustres fœminas actum fuisset, tacebant omnes, tandem minas intentante Rege, cum aliqvis narrasset, dixit: hæ leges viris non fœminis latæ sunt, si sæpius hoc acciderit, curabo illas capite truncari. Si qvis duello confligat, opus est, habeat paratos eqvos, qvibus Gallia excedat, nunqvam eam rursus ingrediatur. Itaq; non dedecori vertitur si qvis pugnare nolit, dicit n. talis: gratiam

Regis

Regis majoris facio ; & offensus postulat alterum apud Mareschallos Galliæ, qvi magnis reum pœnis afficiunt ; includunt sæpè carceri, in qvo per annum detinetur, & si dimittuntur, coguntur prostrati in genua coram Mareschallis ab actore [qvi tenet manu baculum qvo verberat] supplices veniam precari. Primarii Regis Daniæ ministri filius, postulatus coram Mareschallis, qvod nobili Batavo colaphum impegisset, per trimestre in carcere penes patibuli canditatos detentus fuit. Et si necesse reparari alicui honorem, Rex apprehensum eum exosculatur, & si gladius ademptus fuerit, ipse gladio cingit. III. Eqvitandi peritia commendanda venit, in bello ex festivitatibus aprimè necessaria, tum etiam si qvis legatus in postâ proficisci necesse habet. Hæc ars opportunissimè in Gal-

lia

ldiſcitur, ubi peculiares do-
inſignibus privilegiis ornatæ
negotio deſtinatæ ſunt, qvas
demies vocant ; ſunt autem
præſides ad id privilegiati à
e , ornatiq; ab eo nobilitate,
nisq; & aureis literis ipſorum
ous ſcriptum eſt. Academia
ia , hi convictum præbent,
e hora 4. ſurgunt, ibiq; à ſa-
ote ſuo audiunt Miſſam, de-
deſcendunt in aream, ibiq;
itant , in tantumq; colunt
giſtrum, ut coram eodem nu-
capite & Principes conſi-
t, illudqve non niſi ab eo juſ-
gant ; Statis horis ingredi-
Mathematicus qvi fortifica-
em & mathematicam doceat ;
ator, pugil, interdum & Mu-
s, qvi chelyden tractant, nec
exire illa Academia ſine
citu Magiſtri. Pendit qvis
alis annis 650. floren. pro
ephoro

ephoro 300. flor. pro famulo 150. flor. & cum eam intrat, pro donativo offert 50. Imperiales. Manè anteqvam prodeunt è conclavibus, omnes Galli jentaculum celebrant, h.e. comedunt panem, vitrumq; vini hauriant. Alioqvin vini sunt abstinentissimi; nec majore qvis contumelia affici potest, qvi si cum ille nos visitat, nos ipsi vinum propinamus. IV. Ars saltandi, idcirco commendanda, agilitas corporis ut monstretur, hinc Galli non in togis, sed thoracibus saltant, nec etiam linteo [apud nos Halßtücher] collum circumdant, sed collari Parisiis plurimum saltant tempore Epiphaniæ, in qvo festo pinsunt placentam ingentem cui fabam indunt, hujusqve discissæ frustra domesticis [aut si pauci sunt illi vicinis] distribuitur, eligiturq; aliqvis, qvi distribuat, qvod tamen ut plurimum

matris-

trisfamilias munus est, ibi illa
stra abscondit in gremio cla-
tꝙ febve, respondet aliqvis:
mine tunc illa à ce qvi apper-
nt cela, hunc ille personam
minent, & qvi fabam recipit si
sculus sit Rex est, qvæ alteram
œmina Regina. Ibi aut curru
huntur obtecti larva, aut eunt,
itantqve choreas impunè, &
gati saltant. Verum armis ab-
nendum est, Romæqve non li-
um est, portare cultros. Si con-
niunt Rex supremam partem,
cupat, & si ille bibit qvod sæ-
is fit & parvias, clamant: Le
i boit. Et qvi non clamat co-
tur aliqvid pendere, & in bi-
ndo conjungunt vitra, ac sæpè
uno bibunt. In aula Regis Gal-
e obnimiam hominum multitu-
nem confusa omnia sunt. Ha-
ntur a. choreæ in magno aliqvo
nclavi, & in superiori parte col-
cantur duæ sellæ in qvarum una
njux Ducis, in altera soror ej⁹d.
Prin-

Principis Mauritii vidua conſedeant, deinde ſcamna poſita ſunt pro fœminis, & inferius pro viris, qvi nunqvam conſident, ſed ſemper ſtantes aut flectentes genua fœminis miniſtrant, ſi vero diutius duret ſaltatio, ſedes ad illarum pedes occupant: Primum apprehenſa fœmina manu, ſaltatur un Branle per dimidiam; deinde relinqvit præcipuus virorum in medio fœminam & ſaltat un Gavot; dein fœminæ alius occurrit. Si omnes ſaltârunt, ſaltatur une courante. Cum qvis aliqvam ducit, inclinat corpus, ſurgit illa, & ille à tergo eam circumit tunc unus ſolus ſaltat. Dein finita chorea inclinat corpus, linqvit illam in medio, tunc illa accedens ad alium inclinat ſe, ac ille cum ea ſaltat, primum corpus verſus digniſſimam perſonam, dein verſus ſociam inclinans; finita ſaltatione corpus in-

inclinat versus circumsistentes, eamq; in locum, ubi acceperat deducit, ducitq; aliam. Interdum plures saltant simul, scil. si sit courante figureé, ubi varias formas referunt. Inter saltandum parum, aut plane non aut raro bibunt, fœminis aqvas bibentibus. Etiam in eo graviter Germani peccamus, qvod nudo saltemus capite; in Gallia si vel mediocris conditionis nobilis cum ipsa Regina saltat, caput tegit, pileus debet esse crista ornatus, illoqve caput cooperimus, dum nostro discedimus loco, neqve ea re ullus honos fœminis exhibetur, præterea incommodum est saltare nudo capite, cum & alterum brachium adhiberi debeat, cum ducimus fœminam in gyrum, qvod tam bene fieri non potest, si pileus manu teneatur.

CAPUT XII.

§. 58.

Qvalis herus Aulico qværendus?

Magna cura opus est in eligendo hero, Romæ semper respiciunt, an Cardinalis, cui servire cupiunt, aliqvando forte sit evasurus Papa, & sanè si ipsorum spei affulgeat, fortura, nihil est, qvod desiderent amplius. Eligi debet herus mediæ sortis & conditionis; Nam si summus sit, exgivam ministrorum curam habet, si nimis tenuis, de sua fortuna est sollicitus, nec aliis opitulari potest. Non eligendus est nimis rudis, etsi non facile possit falli, non tamen magni eruditos pendit; nec nimis eruditus, talis enim suspicax plerumqve est, multosqve conducit, qvi omnia explorent.

§. 59.

In aula fingenda est amicitia cum aliqvibus, sed nimia familiaritas vitanda; potest facilè amicus inimicus reddi, prodereqve secreta alterius. Extra aulam necesse est habeat qvis patronum & amicum, ad qvem tempore necessitatis recurrat, sed hoc dissimulandum est, ne qvis animadvertat, præprimis herus, à qvo nos unâ pendere simulandum est; Non autem patrono extraneo arcana heri revelanda sunt, proditores enim adversantur honores, amant proditionem. Explorandum est in qvam rem & in qvem hominem maximè propendeat herus, illi rei studendum illi-usqve ministri anxiè qværenda est amicitia, sed cavendum est, ne animadvertat herus, nos in illius genium inqvirere. Dus S. Aniani dicebat: hoc uno consilio Regis

Amicitia qvalis Aulico, & qvod circa laudes observandum.

gratiam se sibi comparasse, qvod cum surgat Rex, semper vultum ejus intuens extra illum omnes illius diei dirigat. Laudandus est herus, sed procul ab omni assentatione recedendum, laudandumqve tum demum, cum aliqvid laudabile gerit. Sed non laudandus in os, sed coram ministris, qvos id hero relaturos confidimus. Simulandum est, qvosdam ex commilitonibus nostris nobis esse amicissimos, qvibus semper agere debemus jura amicitiæ, si offendim⁹, facilius nos excusare possumus, si offendimur liberius conqveri. Si qvis vitio deditus est, illud dissimulare debemus, virtuteq; contraria illum pollere, simulare. Si alios accusare placeat, id clam agendum est, primum laudandus ille modicè, dein demum accusandus. Nemo autem ideò accusandus est, qvod nobis intulerit injuriam; sed ob ali-

aliqvam rem, qvæ Principem tangit. Injuriæ qvæ ab hero inferuntur, æqvo ferendæ sunt animo, tunc enim pœnitebit facti principem, & bene de illo mereri studebit. Omnibus ostendenda est humanitas, præprimis illa, qvæ in salutatione consistit.

§. 60.

Arcana heri explorata habere necessum est, itaq; Romæ corrumpunt concubinas heri atqve ministrorum, sed cavendum est, ne herus persentiscat colloqvi aliqvem cum ejus concubina, qvæ sanè res à summo gradu in imum præcipitat, qvæ etiam res præcipuè Fouqvetum perdidit, aliumq; sabaudiæ Ducis ministrum, qvod Principum amores turbasset. Itaqve fingendum, neminem nos habere mortalium, qvem sereamur, excepto hero, taciturnitas ostendanda est, & non ulla ratione cum inimicis heri conversandum.

Res circa arcana heri observandæ.

§. 61.

Monita alia aulici vitam informantia.

Beneficia heri summis laudibus deprædicanda; pecuniæ non nimis inhiandum, nec liberalitas domini de prædicanda, sed laborandum potius, ut nos herus dignitatibus & honoribus augeat. Periculosum est servire hero, qvi multos habet cognatos. Nam illi eundem semper honorem, qvi ipsi hero debetur, reqvirunt, & nisi id fiat, in odium heri inducere in animo habent, itaqve studendum, ne offendantur tales, sed colantur potius. Donis in aulâ multá profici possunt, nam munera placant hominesqve deosqve. Si qvis inimicum nactus est, debet id statim hero sacrificare, tunc enim si apud herum delatus fuerit, non credet ille, arbitrabiturqve hæc ex odio proficisci. Conscientia sæpè prætexi debet, qvam nos stipulare dicamus,

ut

ut præferamus aliqvid. Si herus semel offensus sit, consultissimum erit, alium dominum qværere; amicum enim reconciliatum pro inimico Itali habent, & exinde nemo eligitur Pontifex, qvi semel palam repulsam tulit. Studendum est ut hero omnis de nobis male suspicandi occasio eximatur; hero pecunia non commodanda est, aut enim illa perit, aut pro fautore inimicum nobis paramus. Cum clericis familiaritas vitanda est; Hinc Cardinalis Mazerinus, etsi & ipse clericus, clericos tamen nunqvam in familiaritatem adhibuit, ipsorumqve causas illubenter expedivit; benevolentia tamen eorum captanda est, nec taxanda vitia Monachorum. Cum alienis servis non conversandum est crebrius, ne putet herus illius secreta prodi Rerum etiam novarum studium

commendandum est, ut qvis primum hero id referre possit. Sed non qvid vis promiscuè narrandum, ne pro nugaci qvis habeatur; Et si parum apertè res cognita sit, allegandus est autor. Qvæ grata hero sunt, recitanda sunt, reticenda ingrata, & in petitionibus, si non spes sit impetrandi, tacendum est.

CAPUT XIII.

§. 62.

In conversatione privatorum observanda.

Cum bonis conversandum est, non temere perumpendum in convent' aliorum nisi constat gratum se futurum præsentibus. In omni gestu humanitas elucere debet, nec ponendus pileus, aut facile capite aperto loqvendum cum illo qvi caput denudavit. Hinc Balsacus dicit, in aulis Principum non capiti inservire, sed manui. Inprimis, cum fœmina

mina haud tecto capite loqvendum, id qvod etiam observant patres in publico cum filiabus colloqventes. Non dormiendum est ubi alii loqvuntur, non ambulandum cum alii sedent, non loqvendum cum tacendi tempus est. Non legendæ sunt literæ in conspectu aliorum, nisi necessitas id postulet, & tunc precanda est venia, secedendumqve in angulum, & tunc præsentes non debent respicere literas: in aliorum conclavibus nulla res tangenda est; qvando compellandus est aliqvis, non trudendus est cubitu, non prensandus lacinia, sed ex transverso inclinandum corpus est. Si qvi corrigendi sunt, non debet elucere in corrigentis vultu affectus, correctusqve hoc ferre debet æqvo animo. Nemo debet corrigere inter se secretò confabulantes, sed postulanda est opportunitas. Non sunt

promittenda qvæ præſtari non poſſunt, & ſi qvis laudatur, non ſimilia exempla proferenda ſunt, ſed aſſentiendum eſt laudatori, resqve magis exaggeranda. Fœminis in omnibus ſemper prærogativa debetur honoris; Sic moribus Gallorum, Italorum, Anglorum, civiliorumqve Germanorum obſervatur, atqve hoc etiam ad conjuges ſe extendit, ita ut maritns uxorem nec publicè nec privatim præcedat, & hæc ſibi qvaſi jure vindicant fœminæ. Hinc in Gallia & aula Imperatoris hoſpitis etiam activi uxor & filia paſſivos hoſpites antecedant; etiam ſi invitans Profeſſor ſaltem ſit, invitatus autem comes.

§. 63.

Corpus qvomodo inflectendum? cedendumq; obviis?

Neceſſe eſt ut qvis probe edoctus ſit incurvare corpus genuqve flectere, nam in ea re hodie perqvam multum ſitum eſt;

Mann

Mann muß aber nicht zu einem jeden Wort den Fuß streiffen / sondern gleich im Anfang macht man eine Reverenz, und dann auff die letzte/es erfordere es dann die Gelegenheit/ daß man dessen/ so man anredet / Nahmen nennet. Die Reverenz muß gerad gemacht werden / und müssen die Augen gerad über die Köpffe kommen; Sie muß nicht zu tieff noch zu geschwind gemacht werden / der gantze Leib muß auff dem Fuß ruhen der stille stehet. Wann man von einem grossen Herrn weg gehet / darff man ihm den Rücken nicht kehren / doch darff man auch nicht gerad zurück gehen / damit er nicht falle / sondern allezeit drey Schritt auff der Rechten und hernach drey Schritt auff der Lincken.

In platea salutandi honesti sunt, cedendumqve ipsis loco

loco si qvem summæ dignitatis offendimus, subsistendum est paulum, donec prætereat. Idem observatur Romæ & Parisiis, qvando Rex in curru est, qvi præterit verò, nisi summa sit imparitas alloqvitur alterum, id qvod etiam familiares observant. Romæ si duo Cardinales, aut Cardinalis & orator sibi invicem occurrant, ambo subsistunt currus, illiqve paulum inter se loqvuntur, & supremus illorum primus curru avehitur. Si qvis alicui obvius fiat dignior in angiporto, aut in cochlearibus, scalis redire debet & retrocedere, si cum summæ dignitatis viris ingredimur, nos præcedimus, scil. ut viam præparemus, ille cui dignior competit locus, paulum contra niti debet.

§. 64.

Visitans qvomodo se gerrere debeat?

Qvando alios visitamus, non prius secandum est, nos ad futuros, ne illi ad nos accedant, sed si sint illustris dignitatis viri, in

Ante-

Antecameram accedendum est, & egrediente illo è suo conclavi inclinandum est corpus, si ipse vacet; cum aliqvo loqvi, illud nutu secabit, si minus, domum redeundum est. Man sol niemand zu sich laden/ oder sagen/ der Herr thue mir den Gefallen/ und spreche bey mir ein; Nam visitatio obseqvium importat, aut saltem sua defert officia, qvod ab alio petere summæ incivilitatis est. Wann man es einen anbiethet/ man wolle zu ihm kommen/ muß man es nicht annehmen. Wann er sich ansagen läst/ muß man es wieder abkündigen/ und sagen lassen/ Er sey schon auf dem Wege/ und ziehe mich alsobald an zu ihm zugehen. Darum etliche/ wann sie kommen wollen/ so schicken sie vorhero nicht hin/ damit es nicht abgekündiget werde. Wann einer an einen frembden Orth kombt läst ers einem guten

Freund ansagen / er wolle zu ihm kommen / und ihm auffwarten / so wird der andere hingehen / wañ sie gute Freude sind / bitten bey ihm zu logiren / und wann er will seine Sachen aus dem Wirths-Hause / und in sein Hauß tragen zu lassen. Wann man ie in einem Hauß ist / muß man sich anmelden lassen / man klopfft aber nichtan; Wo es also der Brauch ist / soll man nicht anklopffen wann die Thür offen ist. In Franckreich wann der König noch schläfft / und die Antecamera noch zu ist / und der Thürhüter aufmachen soll / darf man an der Thür nicht anklopffen / sondern muß nur anbratzen; Bißweilen sagt man zu einem Vornehmen: Ich bitte der Herr wolle sich soviel demüthigen / und wann er ohne dem vor mir beygehet / einsprechen; Cum egregius ille statuarius Bernini egregiam fabricaret statuam,

ejus

ejus videndi cupidine Alexander VII. tangebatur. Cum autem Papa neminem visitet, Papaqve tamen ad ejus ædes deflecteret dictum fuit. Es hätte unserm Herrn gefallen die statuam des Bernini zu sehen. Man ist schuldig die visite wieder zugeben / wann einer höher ist / muß man einen einmahl besuchen / wann der andere ihn 3. oder 4. mahl besuchet hat / welche Ehre die Cardinale zu Rom denen Teutschen Grafen zu erzeigen pflegen. Wann aber der Unterschied gar zu groß ist / gieb man die visite niemahls wieder; Man muß auch wann man kombt / pro varietate loci die Hand geben / (welches ietzo in Franckreich abkommen /) oder die Hand biegen oder des andern Hand küssen. Olim idcircò dextram porrigebant, qvod esset fidei pignus, & hoc jam usurpari desiisse nonnulli arbi-

arbitrantur, idcirco, qvod candor penè sit inter mortuus. Dieweil man vor dem Frauenzimmer die Hände nicht biegen darff / talis enim amplecti genua videtur, so macht man eine tieffe reverenz und rühret mit der Hand den Saum des Rocks / hebet ihn aber nicht auf und küsset ihn nicht / wie in Teutschland gebräuchlich / dann das scheinet etwas leichtfertig zu seyn. Ubi adhuc est mos porrigendi manus, cavendum, ne mea manus sit superior. Manum exosculamur Imperatoris, omnium regum Principumq; Germaniæ, dempto Electore Palatino, qvi hoc honoris sibi deferri non patitur. Die Handschue muß man bald herab ziehen; Man muß einem nicht auf der Hand stehen / oder in das Angesicht reden; die reverenz muß man genau machen / und wañ der mit dem rechtem Fuß

streif-

